1147 et baronibus in nomine Domini ultra mare assumit. Cum autem eiusdem viri predicatio tam litteris quam viva voce ad dominum Conradum regem pervenit, ob amorem Domini cum infinita regni sui militia contra paganos dimicaturus crucem ultra mare assumpsit. Cum hec itaque predicatio supra memorati viri per epistolam transmissa ad aures domni Wladizlai ducis Boemie et ad eius principes et primates pervenisset et coram eo et episcopis et clero et populo in publico lecta fuisset,[1] supradictus dux intra cordis sui secretum compunctus ob amorem Dei in remissionem criminum suorum cum fratre suo germano, domno Heinrico, et cum patruele suo, domno Spitigneo,[2] et cum plurima procerum suorum militia, + fratri suo iuniori, domno Theobaldo, viro prudenti et in armis strenuo, ducatus sui gubernacula relinquens ultra mare iturus et contra paganos pugnaturus crucem assumpsit.[2a] Domnus autem Heinricus, Moraviensis episcopus, pro nomine Christi cruce assumpta cum plurimis Saxonie episcopis et plurima Saxonum militia ad fidem christianam pro convertendis Pomeranis Pomeraniam adiit.[3] Verum ubi ad metropolim eorum

1) Brief Bernhards v. Clairvaux an Wladislaus. Friedrich I, 151 Nr. 150.

2) Vetter Wladislaws, s. oben S. 7

3) Obwohl er eine Hauptrolle bei der Werbung zum Kreuzzug gespielt hatte (~~Brief Bernhards~~ vgl. den oben angeführten Brief Bernhards S. 153) und Eugen III. seine Teilnahme besonders wünschte (Briefe Eugens an Heinrich, Migne 180, 1251 u. 1262). Eugen III. billigte Heinrichs Teilnahme am Wendenkreuzzug auch nur widerstrebend, da er auf seine Vermittlung ~~gehofft~~ ~~ge~~ gerechnet hatte für die anläßlich des Kreuzzugs erhofften Vereinigung der griechischen Kirche mit der römischen. Heinrich aber war an der Wendenmission besonders interessiert und hatte sich schon früher auf diesem Gebiet ×× (s. nächste Seite)

2a) Über die Teilnahme Wladislaws am 2. Kreuzzug s. Dvorník, Manuel I. Komnenos a Vladislav II. král Český, S. 59ff.

VJ.-L. 9095 u. 9110